Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Conclvsio XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

Visual Library

ceſt. & inuti. nup. Ex complexu. Nunc autem eccleſia neminem ad cõtinendũ ſeu uouendũ cõpellit, ideoq; neq; de pontifice, neq; de eccleſia cõquærere poſſunt. Sed in ordine quẽ præſtat eccleſia, continentiã uult habere connexã, & hoc facere poteſt, ſicut quiuis alter qui ſua bona dat cum onere ab eo impoſito ff de pactis in traditionibus.

Qui igitur ſacerdotio initiari cupit, non ad pompam, neq; ad ſuperbiã, ſed ad utilitatem, hic prius ſuam potentiã emetiatur ad onus ſuſcipiendum, quod portare conatur, quod ſi ei nimis fuerit ponderoſum, ſe ſcilicet continere in ſacerdotali officio, quod ſi ſe poſſe præſumat, nihilominus hoc officium cum timore ſuſcipiat i. q. i. Non eſt putanda.

CONCLVSIO XX.

Famoſus cum ſit qui deo dicatam ſibi deſponſat, & contra leges coeat, conſequitur ut nec uir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimoniũ, nec dos, nec patria poteſtas intelligatur, quia lex huiuſmodi liberos uult uulgo fuiſſe conceptos, & contrahentes exilio, bonorum confiſcatione, uerberibus & infamia damnat.

Hæc concluſio probatiõe non eget, quia de uerbo ad uerbum ex lege ſumpta eſt, Inſti. de nup. par. Si aduerſus.

Nullum enim pactum conuentũ ſed neq; contractũ interueniſſe inter eos præſumimus, qui contra leges contrahunt, C. de le. & con. prin, par. Nullũ enim. Et quod ex eis ſequit, nulli⁹ roboris eſſe uolumus, ſed inutile C. eo. le. ea. Sed & ſi.

CONCLVSIO XXI.

Famoſus eſt qui ſacras uirgines in nuptias auſus fuerit ſolicitare, promouere, ſolemniſare, facultatem dare, & cum poſſet non prohibere, quia in maleficijs uolũtas non exitus ſpectaẽ.

Omnibus uitæ meę diebus audiui non expedire pediculos in pelliceis educare, fouere, ac enutrire, quum ſuapte natura ibi increſcant. Quare ciuitatum regentibus & rectoribus

ex toto